

probanda erat. Omitto quod sacramētalem
cant, in qua nihil Sacramento affine reperietur.
Nullū enim illuc Dei mandatū: nulla promissio:
nullum symbolū diuinitus institutum. quæ tria
in Sacramentis omnibus extare necesse est.

Psal. 47.b.10.

Artic. 13.

Annotatio, Solus Deus potest iuuare
homines. Bibliis 1545.

Censura, Hæc annotatio est hæretica,
tollens auxilium sanctorum.

Cur non potius queruntur, mutua inter se ho-
minum auxilia tolli? At qui palam omnibus no-
tum fuisse, calumniose eos piam sententiam ar-
rodere. Quanquam non puto fuisse tam cautos.
nā vbique ad farinas intēti sunt. Ergo ut quæ-
que superstítio illis maxime lucrosa est, ita pro-
ea accerrime pugnant. Misera autem & deplo-
randa Galliæ conditio, quod illic de fide & spe
in Deum, de inuocatione, de toto cultu nemini
synceré loqui permittitur quin statim pro hære-
tico eum carnifices isti ad ignem rapiant. Si sim-
pliciter dixerit concionator quispiam, inuocan-
dum esse Deum: orietur protinus clamor, hæ-
resim sapere, qui de sanctis inuocandis non me-